Fragmentarium

et tempora et dies et annos: ut luceant in
firmamento celi: et illuminent terram. Et fac-
tum est ita. lc. iij. Fecitque deus duo magna
luminaria. luminare maius ut preesset
diei: et luminare minus ut preesset nocti
et stellas. Et posuit eas in firmamento
celi ut lucerent super terram: et preessent diei
ac nocti et dividerent lucem ac tenebras.
Et vidit deus quod esset bonum. Factum est ita ves-
pere et mane dies quartus. lc. iiij. Dixit
etiam deus. Producant aque reptile anime vi-
ventis et volatile super terram sub firma-
mento celi. Creavitque deus cete grandia et
omnem animam viventem atque motabilem quam produx-
erant aque in species suas. et omne vola-
tile secundum genus suum. [illegible] lc. v.
Et vidit deus quod esset bonum: benedixit-
que eis dicens. Crescite et multipli-
camini et replete aquas maris: avesque
multiplicentur super terram. Et factum est ve-
spere et mane dies quintus. lc. vj. Dixit quoque
deus. Producat terra animam viventem in
genere suo: iumenta et reptilia et besti-
as terre in genere suo. Et vidit deus quod esset
bonum et ait. Faciamus hominem ad ymagi-
nem et similitudinem nostram et presit piscibus
maris. et volatilibus celi et bestiis terre.
secundum species suas et iumenta et omne reptile

License: public_domain – Antwerpen, Rijksarchief te Antwerpen, Verzameling Losse Aanwinsten, nr. 2.20, fol. [1]v – Breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-fqfn/5223/49778)